

Et f. comes

Gleborg et de Misna et prefatum comitem Conradum
 de Wittin. Nam idem marchio Hincricus fuit
 filius Hincrici marchionis senioris, filii Deso-
 nis, fratris Tymonis, ut supra dictum fuit et
 sic fuit pater Conradus comitis de Wittin.
 Causam igitur vivere et pugnare inter eodem
 cognatos in cronica Sereni maris ^{reperi} sic reperio.
 Accidit, ut quidam occasione ^{reperi} narrandi
 aliquid coram Conrado comite de Wittin, Hinc-
 ricus ^{reperi} marchionis mentionem faciens eum
 cognatum suum appellaret. Comes Conradus
 cum contempserit respondit eum, qui filius coci
 cognatum suum non esse. Hincricus autem domo
^{occasio} talis fuit: Hincricus marchio de
 mor de Gleborg, pater hincrici, uxorem
 pregnantem ^{er} fertur reliquit, quod cum
 illa in sepultura ipsius utero tumentis de-
 monstrato presentibus iudicaret, quia Con-
 rado comes marchionis mortui heres
 futurus erat, si filium non reliquisset, qui-
 dam ministerialium eius huiusmodi ru-
 morem divulgaverunt, quod ipsa plumatico
 ventri alligato pregnantem se esse hoc
 artificio mentiretur. Quo illa cognito die
 quadam universis suis ministerialibus con-
 vocatis in medio ipsorum in loco eminenti
 astant, devolutis ab humeris usque ad nates
 pallio nudam se ostendit dicens ut ipsi si
 vere esset impregnata iudicarent. Postquam
 vero enixa est, ^{illi} rursus illam talem ^{sparservunt} sparservunt
 rumorem, quod feminam peperisset eam
 que pro filio cuiusdam pauperule, que
 maritum habebat cocum et eadem hora
 peperat, ^{et} comminasset. Hac ratione Conra-
 dus comes Hincricum marchionem coci
 filium appellavit. ^{et} Quod verbum vicissim
 multis sibi referentibus ad marchionem cum
 noticiam pervenisset, indignatione ^{gravi} gravi
 plenus, bellum comiti Conrado intulit
 eumque in bello captivum, in castro Kirchbergh

a) occasionem c.

quid

f. cclv^a

b) occasio c.

c) reliquit c.

b) quidem c.

d) omi c.

c) tumorem c.

d) peperat c.

+ f. cclv^b.